

will nun den Franzosen objektiven Aufschluß erteilen über das unermeßliche russische Reich. Er beschreibt die Beschaffenheit des Bodens, die verschiedenen Völkerschaften, deren religiöse Ansichten, Sitten und Gebräuche, die verschiedenen Sprachen, das von den Russen selbst bewohnte Land, dann die Reihe annerkter, aber nicht mit den Russen verschmolzener (russifizierter) Nationen, die Mongolen, Armenier, Juden, Polen, Letten, Deutschen, Finnländer u. s. w. Der zweite und interessantere Teil enthält die Geschichte des Zarentums, die Bemühungen der Zaren, die verschiedenen Nationen mit den Russen zu verschmelzen. Die dabei bewährte Energie, welche oft aber in Grausamkeit ausartete, wird wohl nur von Russen bewundert werden.

Picavet (François) *Esquisse d'une histoire générale et comparée des philosophes médiévaux*. (Skizze einer allgemeinen und vergleichenden Geschichte der Philosophen des Mittelalters.) Paris, Alcan. Gr. 8°. XXXII, 368 S.

Diese Schrift hat unter den französischen Philosophen großes Aufsehen erregt. Man kann dem Verfasser große Kenntnisse in der philosophischen Literatur und Beherrschung seines Stoffes nicht absprechen. Von der Ansicht, daß die Scholastik sich vorzüglich auf Aristoteles und seine Schule stütze, weicht er ab, indem er den Akademikern (Plato, Plotin u.) den größten Einfluß zuschreibt. M. Maisont, der in den *Etudes* (20. Janvier) das Buch eingehend bespricht, gibt zu, daß man den Einfluß der Platoniker auf die Scholastiken gewöhnlich unterschätze. Er bestreitet jedoch die völlige Abhängigkeit der Scholastik vom Platonismus. Wenn zwei die gleichen oder ähnlichen Ideen vorbringen, ist damit noch nicht bewiesen, daß der eine sie vom andern erhalten habe. Es ist ein Hauptmerkmal der Scholastik, daß sie alles auf Gott bezieht, und daß sie alles Religiöse durch Vernunftgründe verteidigen will: das hat sie in keinem Falle von Plato gelernt. Dem Philosophen und die sich um Philosophie interessieren, wird die Schrift Vergnügen und Nutzen gewähren.

Salzburg.

J. Räf, Professor.

De Fama Sanctitatis vitae servi Dei Francisci Josephi Rudigier.

Beatissime Pater!

Adeo aucta est et in dies magis augetur Fama Sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum Servi Dei Francisci Josephi Rudigier Episcopi Linciensis anno millesimo octingentesimo octogesimo quarto die 29. novembris vita functi, ut concepta a Christi fidelibus non solum totius memoratae Linciensis Dioeceseos et finitimarum regionum sed etiam Brixinensis item dioeceseos, in qua ortum habuit, universique fere austriaci imperii, singulari erga ipsum devotione, a plerisque in suis necessitatibus invocetur, et complurium gravissimorum quoque virorum sententia Beatificationis et Canonizationis honore dignus reputetur, accedente tamen infallibili Sanctitatis Vestrae judicio. Hinc plures Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Archiepiscopi,

Episcopi, Capitula aliaeque ecclesiasticae dignitates, religiosorum ordinum Praesules, theologicae Facultates, necnon viri laici ad Imperiales vel regias familias pertinentes, per suas litteras enixe Sanctitatem Vestram deprecati sunt, ut ad praefati Servi Dei Beatificationem et Canonizationem procedere dignaretur.

Cum itaque sive Lincii, sive Brixinae, sive Romae confecti jam fuerint auctoritate ordinaria Processus super fama sanctitatis vitae, virtutibus et miraculis, necnon alter particularis in ecclesiastica curia Linciensi adornatus super Decretis a Sanctae memoriae Papa Urbano VIII. de non cultu editis, iique Processus apud acta Sacrorum Rituum Congregationis exhibiti, servatis servandis aperti fuerint, per Rmum D. Card. Dominicum Ferrata in Ponentem a Sanctitate Vestra electum in ordinario Coetu Sacrorum rituum habito die quinta Decembris anni millesimi nongentesimi quinti plena facta fuit relatio de contentis in dictis Processibus super fama Sanctitatis vitae, virtutibus et miraculis, praevia approbatione scriptorum, quae eidem Servo Dei tribuuntur, necnon dispensatione, sive ab interventu et voto Consultorum, sivi a decennio exhibitionis in Actis Sacrorum Rituum Coëgnis memoratorum Processuum per Sanctitatem Vestram concessa.

Et cum Rmī Cardinales, audito scripto et voce Reverendo Patre Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, censuerint in iis Processibus talia emergere, propter quae ad signandam Commissionem Introductionis Causae, si Sanctitati Vestrae placuerit, posset deveniri; ideo Illm̄us ac Rm̄us D. Georgius Jaquemin Antistes Urbanus, huius Causae Postulator humillime rogat, ut Sanctitas Vestra dignetur causam seu causas Beatificationis et Canonizationis huiusmodi, necnon cognitionem virtutum et miraculorum ac publicae famae sanctitatis praefati Servi Dei populorumque devotionis erga eum cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, adnexis et connexis quibuscumque confirmando, quatenus opus sit, in Ponentem laudatum Rmum Card. Dominicum Ferrata, eidem Congregationi committere et mandare, cum facultate in primis et ante omnia praedictum particularem Processum in civitate Linciensi auctoritate ordinaria confectum super paritione Decretis Urbani Papae Octavi super non cultu editis, dictae Coëgni exhibitum, servatis servandis apertum, citato et audito R. P. Fidei Promotore, discutiendi et approbandi, quatenus legitime confectus fuerit, sin minus illius novam confectionem, si in Curia aderunt probationes, committendi Rmo Cardinali Sanctitatis Vestrae in Urbe Vicario; si vero extra Curiam, alicui Episcopo, ut ad eiusdem Processus novam confectionem juxta tenorem eorundem Decretorum deveniri possit, ad effectum illum postea, citato Rm̄do Patre Sanctae Fidei Promotore, discutiendi et declarandi dictis Decretis fuisse sufficienter paritum, factaque

et Sanctitati Vestrae relata et ab eadem approbata eiusmodi declaratione, si eidem Sacrae Congregationi visum fuerit et Sanctitati Vestrae placuerit, ut possit deveniri ad generalem inquisitionem super fama sanctitatis, devotione populi et miraculis, aliisque denunciandis dicti Servi Dei in genere tantum et non in specie, eidem Sacrae Congregationi indulgere, et liberam facultatem concedere, si in Curia aderunt probationes, Rmō Card. Sanctitatis Vestrae Vicario, si extra Curiam aliquibus Archiepiscopis vel Episcopis committere valeat, ut per seipsos inquirant de fama, devotione populi publicaue existimatione virtutum et miraculorum aliisque denunciandis in genere tantum et non in specie et quoad famam si illa vigeat de praesenti, et ad hunc effectum Articulos ad eosdem transmittat, super quibus et iuxta pariter Interrogatoria per dictum Rmō Patrem Fidei Promotorem conficienda debeant per seipsos Testes examinare cum interventu Subpromotoris Fidei per dictum R. P. Fidei Promotorem nominandi, et cum potestate citandi et inhibendi quos, quibus, quoties, et quando opus, ubi fuerint, etiam sub censuris, necnon per edictum etc. contradictores etc. et invocato etc. cum omnibus aliis facultatibus opportunis.

Quibus peractis, ea, quae invenerint, fideliter scribant, et Processum huiusmodi ad Sacram Congregationem sub sigillo clausum per fidelem nuncium transmittant cum ipsorum literis, in quibus significant, quae et quanta fides praedictis testibus sit danda.

Quo Processu recepto, et per Sacram Congregationem discusso, eadem Sacra Congregatio referat, quid de eius relevantia sentiat, ut Sanctitas Vestra statuere possit an deveniendum sit ad inquisitionem specialem; quod si Sanctitas Vestra eidem locum esse censuerit, sacrae Congregationi mandare et iniungere pariter dignetur, quatenus eisdem vel aliis Episcopis committere valeat, ut veritatem super dicti Servi Dei fama, devotione populi, vitae sanctitate, fidei puritate, virtutibus et miraculis et aliis a Sacra Congregatione requisitis, exacte, fideliter et prudenter secundum Articulos et Interrogatoria per Eundem Reverendum Patrem Promotorem Fidei danda et illis transmittenda in specie inquirant, et iura et monumenta exhibenda coram ipsis recipiant, cum interventu Sub-Promotoris per eundem Reverendum Patrem Promotorem nominandi, et quidquid per huiusmodi specialem inquisitionem invenerint suis sigillis inclusum, caute ad eandem Sacram Congregationem transmittant, ac deinde his omnibus mature examinatis in Sacra Congregatione coram Sanctitate Vestra habenda decernatur an talia sint, propter quae ad Beatificationem et Canonizationem dicti Servi Dei Francisci Josephi Rudigier, iuxta Sacrorum Canonum statuta, et Sanctae Romanae Ecclesiae ritum, deveniri possit cum facultate

tate super praemissis omnibus Litteras Remissoriales, citato R. P. Fidei Promotore, ad quascumque mundi partes decernendi et relaxandi, atque etiam in Curia toties quoties iura et monumenta quaecumque recipiendi, et, si opus fuerit, Testes per Rmum Cardinalem Sanctitatis Vestrae Vicarium seu Episcopos et in loco ab eodem deputando, praevia citatione et cum interuentu dicti R. P. Fidei Promotoris vel eius Sub-Promotoris super iisdem articulis et aliis examinandi cum facultatibus necessariis et opportunis, caeteraque omnia et singula in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria faciendi, dicendi, gerendi, exercendi et exequendi usque ad ultimum et finale complementum praefatae Beatificationis seu Canonizationis, servata tamen in omnibus et singulis forma Decretorum sa: me: Urbani Papae VIII. et novissimorum a Ven. Innocentio X. confirmatorum, et non alias etc. non obstantibus constitutionibus etiam in Universalibus et Synodalibus Conciliis editis atque aliis ordinationibus Apostolicis, regulis Cancellariae, stylo Palatii et Curiae, ceterisque contrariis quibuscumque statum etc., tenores etc. pro plene et sufficienter expressis habent.

Placet Josepho m. p.

Erlässe und Bestimmungen römischer Kongregationen.

Zusammengestellt von D. Bruno Albers O. S. B. in Monte Cassino (Italien).

(Klandestine Ehen in Deutschland und Holland.) Aus der erfolgten oder nicht erfolgten Verkündung des Dekretes „Tametsi“ ergaben sich in manchen Diözesen des Deutschen Reiches vielerlei Unzuträglichkeiten. Auf Bitten mehrerer deutschen Bischöfe trat die S. C. U. J. schon unter Papst Leo XIII. in Beratung darüber ein, wie diesen Unzuträglichkeiten abzuhelpen sei. Papst Pius X. glaubte nach Abschließung dieser Beratungen selbst ein Gesetz in dieser Angelegenheit erlassen zu müssen und bestimmte wie folgt:

I. Obwohl in dem gesamten heutigen Deutschen Reiche das Dekret „Tametsi“ des Tridentinischen Konzils noch nicht in allen Orten, sei es durch stattgehabte ausdrückliche Verkündung, sei es durch legitime Observanz, verkündigt und eingeführt worden ist, so soll dasselbe doch vom Osterfest, das ist vom 15. April 1906 an, alle Katholiken, auch diejenigen, welche bislang von der Beobachtung desselben befreit waren, binden, so daß sie nicht anders als vor dem Pfarrer und zwei oder drei Zeugen eine gültige Ehe schließen können.

II. Mischehen, welche von Katholiken mit Andersgläubigen geschlossen werden, sind und bleiben strengstens verboten, wenn nicht wegen einer gerechten und schwerwiegenden kanonischen Ursache unter Stellung der von beiden Seiten zu gebenden Rautelen, vom katholischen Teile die